



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

II. Der Bischof Heinrich von Lebus überläßt den Tempelherren die Zehnten  
von 200 an der Miezal und von 200 an der Röhrike gelegenen Hufen, im  
Jahre 1235.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

## Vermischte Neumärkische Urkunden.

### I. Herzog Ludezlaus von Polen schenkt Crozno dem Templer-Orden, im Jahre 1233.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Ludezlaus, dei gratia dux Polonie, de consensu uxoris mee hedewigis et filiorum meorum Primizlai et Bolezlai, terre sancte Jerosolimitane fratribusque milicie templi cum omni iure et libertate cum agris et stagnis et omnibus attinentiis villam meam que Crozno dicitur tradidi et donavi. Vt autem hec mea donatio domui Templi rata maneat et perpetuis temporibus inconuulsa ipsam sigilli meo munimine duxi muniendam. Testes autem sunt Prepositus Szeslaus de Zantok, Dominus Detrik de pratis, Dominus Dirlycra, Judex Curie, Dominus Seruatius, Castellanus de Nacle, Andreas, filius domini Detrik, Dominus Godarth de Chamenz et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>.

Aus L. v. Lebedurs Allg. Archiv. — Original im Geh. Staats-Archiv.

### II. Der Bischof Heinrich von Lebus überläßt den Tempelherren die Zehnten von 200 an der Miezfel und von 200 an der Mährife gelegenen Hufen, im Jahre 1235.

In nomine saluatoris amen. Solet in interitum deduci factum quodlibet temporis moderni, quod non apicibus literarum posteritati dirigitur succedentium vices portando testimonii. Hinc est, quod ego Henricus, dei gracia Lubueensis episcopus, vniuersis prefens scriptum inspecturis patefieri curavi, quod de communi consilio et consensu fratrum nostrorum eiusdem Ecclesie canonicorum contuli fratribus milicie templi in subsidium terre Jherosolimitane decimas CCtorum manso-

rum in territorio Castri de Krach iuxta fluuium mizla de terra uidelicet inculta; item aliorum CCtorum mansorum decimam in confinio castri Iden iuxta Riulum Ruritzza, hoc tamen modo et ordine intercepto, ut de quolibet manso due mesure filiginis in mensura de lubuz Ecclesie ibidem singulis annis expleta libertate perfoluantur, saluo iure episcopali ac sinodali obseruatione, quam ecclesie mee illibate a colonis eisdem censui iustis temporibus exhiberi. Cum multis retroactis temporibus Ecclesia prefata nullum fructum in locis predictis habuisset, maluit partem apud Religiosos habere, quam propter desertum de toto carere. Vt autem perpetue sit hec donatio, mei et capituli Sigilli munimine scriptum presens roborauit. Datum Lubus, anno gracia millesimo ducentesimo tricesimo quinto.

Aus Bedmanns handschriftl. Sammlung, worin noch bemerkt ist, daß auf der Rückseite der Urkunde der Ort Quarttschen genannt sei.

### III. Herzog Barnim von Pommern ertheilt den Tempelherren innerhalb seiner Lande Zollfreiheit, am 4. März 1236.

Ego Barnim, de j gratia Dux Sclauorum, vniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui salutis omnium est amator. Superna inspirante clementia mente concipitur opus bonum, per quod beatitudo perpetua emendari poterit et conquiri, nec non etiam terra inde uiuentium introitur, Illa uidelicet, de qua psalmista asserit dominum omnium efflagitans: portio mea, domine, sit in terra uiuentium. Notum itaque sit tam presentibus quam futuris, quod nos tacti spiritus sancti afflamine, ad honorem dei et in subsidium terre sancte fratrumque militie templi talem concessimus libertatem per totam terram nostram, ut nec ipsi nec homines eorum, qui ad partes nostras sunt deinceps transituri, vlla penitus exactione thelonei uexabuntur. Vt autem hec nostra concessio et donatio libertatis inconuulsa perpetuo et inuiolabilis permaneat presentibus eam litteris bonum duximus cum sigilli nostri appenditiis communire; testibus quoque idoneis uolumus roborare, quorum nomina sunt hec: Prizniborus, Camerarius, Stephanus, Dapifer, Sulizlaus, Thessraadoviz, Rimboldus, Retimarus de Gardiz, Nycholaus, Scriptor et alii quam plures. Datum in Spandow, III Nonas Martii, anno domjnice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>.

Aus L. v. Lebeburgs Allg. Archiv XVI, 317.